Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



factus est dominus refugium pauperi:
adiutor in opportunitatibus in tribulatione.
Et sperent in te qui nouerunt nomen tu
um: quoniam non derelinquis querentes te
domine. Psallite domino qui habitat in
syon: annunciate inter gentes studia eius.
Quoniam requirens sanguinem eorum
recordatus est: non est oblitus clamorem
pauperum. Miserere mei domine: vide
humilitatem meam de inimicis meis. Qui
exaltas me de portis mortis: ut annunci
em omnes laudationes tuas in portis filie
syon. Exultabo in salutari tuo: infixe sunt
gentes in interitu quem fecerunt. In la
queo isto quem absconderunt: comprehensus
est pes eorum. Cognoscetur dominus iu
dicia faciens: in operibus manuum suarum
comprehensus est peccator. Conuertantur
peccatores in infernum: omnes gentes que
obliuiscuntur deum. Quoniam in finem ob